

tue iurisdictioni subiectas sollempni programate fatias publicari¹.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Novembr., prime indictionis, imperante domino nostro FR. dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sitalie rege, imperii eius anno vicesimo secundo, regni Ierusalem septimo decimo, regni vero Sitalie quadragesimo quinto; feliciter amen. Dat. Baroli, anno, mense et indictione predictis. (SI. D.)

1) Const. imp. et reg. II, 377 Z. 17: 'imperiali programmate publicatas'.
